

C O N C I L I U M

154

153
bus suscipiantur, & debita illi obedientia in omnibus conservetur.

I I I.

Et licet in omnibus id observare velimus, præcipue tamen facimus, ut in termino Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Principum nemo in eundo, & redeundo, vel ibi morando, aliquam vaftationem, & deprædationem facere præsumat; & quæ ipsius Sanctæ Ecclesiæ propria sunt, nemo aliqua iniqua machinatione, finè voluntate ipsius Sacri Pontificis sibi vindicare præsumat. Quod si quisquam fecerit, refutatis male præsumitis, immunitatem ipsius Ecclesiæ persolvat, & bannum nostrum tripli-citer componat.

I V.

Ut Ecclesiasticus honor, & Sacerdotalis, atque Clericalis reverentia, debita competen-tique sinceritatè religione ab omnibus amplectatur, & in omnibus custodiatur, sicut avi & genitoris nostri monent edicta.

V.

Ut Imperialis honor ab omnibus fideliter obseruetur; & quæ ab eo seu per epistolam. seu per legatos præcipiuntur, à nullo impunè audeant violari.

VI.

Ut Episcopi ministerium suum, secundum sacros, & à Sancto Spíritu promulgatos Canones peragant; Parochias suas ablique aliquujus impeccimento, prædicando, corrigoendo, & confirmingo circumveant; & in hoc agendo nullus ei contraire, & quod ad ministerium illorum pertinet contradicere in ipsis Parochiis audeat, vel eis exinde aliquam molestiam inferat; sed adjutor, si oportuerit, invitatus à Pontifice quicunque Ecclesiæ filius existat; ut li- ceat eis criminalia sclera, & alia quæcum corrigenda inquirentur, discutere & dijudicare canonicè. Quod qui temerare proterve præsumferit, triplicem legem & triplex bannum nostrum persolvat.

VII.

Ut Episcopi secundum sacram iussionem Domini Nostri Iesu Christi prædicationem per se, vel per suos congruentier exercant, & Presbyters suos ut similiter faciant instruere procurent.

VIII.

Ut Seculares & fideles laici diebus festis, qui in Civitatibus sunt, ad publicas stationes occurrant: & qui in villulis & possessionibus sunt, ad publicum officium in Plebem festinent.

IX.

Ut nullus latibilosa Missarum in suis dominibus officia celebrare præsumat finè sui rationabilis licentia Episcopi.

X.

Ut Episcopi in Civitatibus suis proximum Ecclesiæ claustrum instituant, in quo ipsi cum Clero secundum Canonicanam regulam Deo militent.

XI.

Ut Episcopi Sacerdotes suos ad hoc constringant, ut Ecclesiæ non relinquant, & aliubi habitare præsumant. Sint etiam subjecti proprio Episcopo secundum Canonicanam au-to ritatem, nec per contumaciam ab eorum po-testate dissiliant. Neque seculari potestati ad hoc eis commendare se liceat, aut eos quilibet recipere audeat, aut contra Canonicas le-ges, & debitam Episcopi potestatem quodam-

A modo defensentur. Hujusmodi vero Sacer-dotes Episcopalis illico censura disciplinis Ecclesiasticis subdat. Nec fas est omnium eorum sollicitudinem Episcopos non gerere, quibus in committendis sacris Ordinibus dignum visum est communicaſſe.

X II.

Ut à domibus Sacerdotum, propter male opinionis famam, habitatio fœminarum penitus tollatur; neque illi in domos illarum intra-re indiferentē præsumant, ne nomen Dei, quod abſit, per illos blasphemetur, per quos laudari pie & jugiter debet.

X III.

B Venationem quoque nullus tam sacri ordinis exercere præsumat; neque arma militaria pro qualicumque feditione portare audeat, aut ha-bitum quælibet tantum apicem Sacerdotii non decentem aſſumat.

X IV.

C Ut res Ecclesiasticas tam mobiles, quam & immobiles nemo invadet, vel auferre præsumat; & quæ à Rectoribus Ecclesiæ ha-ctenus, ob timorem vel favorem, aliqui libella-rio, vel emphyteuticario jure dolosè, vel cum damni detimento Ecclesiæ amissive videntur, ad pristinum jus revertantur: quatenus liceat illis, quibus earum cura commissa est, quieto & pacifico ordine eas tenere, & pro nobis, ac regno nobis à Deo commisso orare, pauperibusque debita stipendia erogare, familiam Ec-clesiæ justè & rationabiliter regere, & guber-nare. Transgressoribus autem indicimus iustè præsumta restituere, & sicut superius præfixum est, triplicem legem, & triplex bannum no-strum persolvere.

X V.

D Ut Ecclesiæ Baptismales, quas Plebes ap-pellant, secundum antiquam consuetudinem Ecclesiæ filii restaurent.

X VI.

E Ut Episcopi Comites & Vassos nostros in Parochia eorum manentes paterno amore fe-cundum Ecclesiasticum ministerium diligant. Ipsi vero Comites & Vassalli, seu reliqua generalitas prædictos Episcopos ut sanctos patres honorent & venerentur, & ad ministerium il-lorum peragendum, ubicumque potuerint, eos adjuvare decerent. Si vero, quod non opta-mus, eis infesti, quomodo quæ Dei sunt exerce-re possint, reperti fuerint, aut ipsi contra-leges officia sua violaverint, & eos, quos ve-nerari debent, inquietaverint, secundum Ca-pitulare avi & genitoris nostri emendent. Qua-liter quoque Presbyters ac reliquos gradus honorent, ipsius Capitularis forma doceantur. Ipsi nihilominus Episcopi, singuli in suo Episco-pio, Missatici nostri potestate & auctoritate fungantur.

X VII.

F Ut Episcopi, & Comites in suis ministeriis comortantes in suis constant domibus cum suis Vassallis, neque præsumant occasione hospitiū in pauperioris cujusdam vicini domo, nisi rogati, commonari; quia ob hoc maximè de-prædationes & discordias haſtentus pullulasse manifestum est. Prævidant quoque, secundum ministerium unusquisque suum, ne in po-testate illorum præde & devastationes fiant. Et si aliqui hoc facere tentaverint, omni sua virtute illis resistant. Et si ipsi per se conſtrin-gere illos ad emendationem non potuerint, conſtitutis Missis nostris renuntient, ut ipsorum